super bona Kalinowka in summa septem sexagenarum polon. coram actis authenticis inscripta cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sua ac parata intromissione possessione evictione et ligamentis omnibus in originali inscriptione contentis cedit et condescendit omneque et integrum ius suum ad praefata bona serviens in personam eius et successores ipsius plenarie transfert et transfundit sui iam ex nunc intromissionem realem cum actuali possessione per ministerialem et nobiles duos offitio acceptam dat et admittit personali recognitione mediante.

Eiusdem Donatio

Coram offitio et actis praesentibus castrensibus capitaneal. Bransen. personaliter comparens nobilis Stanislaus olim Joannis Borowski sanus mente et corpore existens palam recognovit quia nobili Alberto Borowski filio suo legitimo et eius posteris bonorum suorum immobilium in bonis Borowo Szepany sitam in area paterna decem sulcorum hyemalium a granitie Sypatowska ad granitiem Saszynowska inter mellas nobilis Mathiei Borowski ex una et eiusdem praerecognoscentis ex alia partibus iacentem cum omnibus eiusdem areae utilitatibus fructibus nullis exceptis perpetuo dedit donavit inscripsit et resignavit perpetuis ac perennalibus temporibus sui iam ex nunc in praefatam aream et eius attinentias intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem et nobiles duos quem et quos sibi facilius conducere poterit dat et admittit hac sua praesenti personali recognitione in praemissis mediante.

Lukawski Quietatio

Coram offitio et actis praesentibus castrensibus capitaneal. Bransen. personaliter comparens nobilis Josephus olim Mathiei Dzierzek sanus mente et corpore existens palam recognovit quia nobilem Jacobum olim Simonis Lukawski de persolutione summae octuaginta florenorum polon. debiti modo reformatorio iure et de alia summa viginti flor. polon. per olim nobilem Mathiam quondam Simonis Lukawski olim nobili Ursulae Dzierzkowna consorti suae in bonis Lukawica assecuratae et dotaliciatae coram actis autenticis inscriptae ob praedictam sibi sufficientem satisfactionem quietat emittit et inscriptionem cassat praefatamque summam in personam nobilis Jacobi transfudit personali sua recognitione mediante.

Dzierzek Debitum

Coram offitio et actis praesentibus castren. Bransen. personaliter comparens nobilis Jacobus olim Simonis Lukawski sanus mente et corpore existens palam recognovit quia nobili Josepho olim Mathiei Dzierzek et in eventu mortis illius [illegible] successoribus tenetur estque debitus veri boni et liquidi debiti [illegible] uti latque pecuniae summam decem florenorum polon. quam quidem summam solvere promittit se cum suis posteris idem recognoscens hinc et ab actu praesenti pro festo sancti Martini pontificis proxime futuro parata pecunia solvere aut circa acta offitii praesenti